Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Nobiles et Famati Fid. nobis dilecti Habet Conventus Reverendarum Virginum Monialium ordinis S. Bernardini extra muros Civitat. nostrae Crac. in Stradomia sit certa bona per Religiosam olim Elisabetham Famati olim Joannis Warpeska Civis Crac. filiam sibi inscripta. Mandamus itaque Fid. Vris ut quamprimum eo nomine per Praefatas Virgines vel earum Mandatarium admoniti fuerint, eadem bona sine ullis tergiversationibus in possessionem earundem tradant. Tandemque si ipsis videbitur ut resignationem eorundem bonorum petant eam Fid. Vrae per Seniorem Scabinum fieri sine diffugijs curent. Pro gratia nra officioque suorum debito.

Mandatum ad ius suppm

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Advocato et Scabinis Juris Supremi Castri Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Sples et Famati Fid. nobis dilecti. Intercedit Generoso Jacobo Zielenskij Aulico et Secretario nostro Actori cum Famato Joanne Dambrowskij citto occasione violentae occupationis sortis domus Lapideae Crac in platea Ferilicon. sistentis Causa et actio quae per appellationem a Judicio inferiori Civili Crac. in Judicium Fid. vrarum devoluta vel devolvi est. Mandamus itaque Fid. Vris quod si aliqua partium Fid. V. sententia gravatam esse existimaverit in hacque causa ad nos et Judicium nrum provocaverit, ut non ad Commissarios sex Civitatum sed ad Judicium nrum Regium appellationem admittat. Secus Pro gratia debitoque officiorum vestrorum Fid. V. non facturi. Dat. Warsaviae etc.

MANDATUM

Generosis Spectabilibus et Famatis Valentino Krzepicsky Tesauri nostri Notario Joanni Spiglero Joanni Waxmano Martino Vibayses Consulibus Paulo Perner Advocato Friderico Schmaltz Supremi Judici Scabino Sebastiano Nichirsky Scabino Judicij Civitatis nrae Crac. et Stanislao Budzinsky Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Fideles dilecti auditus est nobis Famatus Joachimus Heindersfeld porrecto supplici libello quod Fid. V in controversijs quas ei